Pro ea parte quam tutor solvit, liberatur fidejussor. Ex Salic.

2. Idem A. Prisco.

NOn est ambigui juris electo [1] reo & solvente fidejussorem liberari, & ideo si simpliciter [2] acceptus est fidejussor in id, quod tutor seu curator debiturus esset, cum [3] proponas tutorem seu curatorem condemnatum solvisse, quid dubium est fidejussorem liberatum esse? Plane, si stipulatio rem salvam [pupillo] fore interposita est, vel cautum est in id [4], quod a tutore vel a curatore servari non potest, manet fidejussor obligatus ad supplendam tibi indemnitatem [5]. PP. 8. Kalend. August. FUSCO II. & DEXTRO CONSS. 226.

TIT. LVIII.

DE CONTRARIO [6] JUDICIO TUTELÆ.

Actio extincta cedi non potest. Bald.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Stratoni.

SI pro contutore judicato pecuniam solvisti [7]: nullum judicium tibi contra pupillum competit, ut delegetur [8] tibi adversus liberatum actio. Quod si nomen emisti: in rem suam procurator datus, heredes judicati poteris convenire. PP. 7. Kalend. Mart. FABIANO & MUTIANO CONSS. 202.

Tutor non ex propria, sed contutoris culpa condemnatus solvens, habet beneficium cessionis, & utilis actionis. Salic.

2. Imp. ANTONINUS A. Primitivo.

SI non ex propria [9] culpa solus pupillæ condemnatus es, sed absens & indefensus acquievisti [10]: cum ex causa judicati satisfacere coperis, actiones adversus contutores tuos mandari [11] tibi a pupilla desiderabis, vel utili [12] actione uteris. PP. 2. Idib. Octobr. DUOBUS & ASPRIS CONSS. 213.

Pro illa parte ad quam pupillus succedit tutori, extinguitur actio tutelæ. Salic.

3. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. Thesidi.

SI pater tuus, quem privigni [13] sui tutelam administrasse proponis, testamento recte facto, pupillo etiam [illegible] suo herede instituto, decessit: quoniam nonnisi [14] [illegible] hereditaria tutelæ petitionem confusione constet extingui [illegible] qua parte succedentem patri, tutelæ te convenit apud com[illegible]m Judicem redderé rationem, qui secundum bonam fidem, eorum etiam quæ patrem tuum in rem ejus erogasse dicis, admissa compensatione, reliqui (si quid amplius debetur) faciet condemnationem. Quod si sciens amplius in rem suam erogatum agendum propterea tutelæ non putaverit: eum contrario judicio convenire potes. S. 18. Kal. Jan. CC. CONSS. 293.

TIT. LIX.

DE AUCTORITATE [15] PRÆSTANDA.

Pupillus potest sibi stipulari sine tutore, sed non actionem remittere. Salic.

1. Impp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Antoniano.

NEque tutoris, neque curatoris absentia quicquam stipulationi [16] pro pupillo [vel [17] adulto] habitæ nocet. Sine die. AA. CONSS.

2. Iidem AA. & CC. Serenæ.

NEque actiones sine tutoris auctoritate in ætate pupillari constitutæ remittendo [18] quicquam amittere poteris. S. 17. Kalend. Maji. CC. CONSS. 293.

Emens a pupillo sine tutore, non præscribit. Salic.

3. Iidem AA. & CC. Cajo.

EUm qui a pupillo sine tutoris auctoritate distrahente comparavit [19], longi temporis spatium non defendet. S. 3. Kalend. Decembr. CC. CONSS. 293.

Minor non potest esse in judicio criminali sine tutoris, vel curatoris auctoritate. Salic.

4. Imp. JUSTIN. A. Joanni P. P.

CLarum posteritati facientes, fancimus, omnino debere, & agentibus, & pulsatis in criminalibus [20] causis minoribus viginti quinque annis adesse [21] tutores, vel curatores, in quibus [22] casibus [adultos, &] pupillos leges accusari concedunt: cum cautius & melius fit cum suasione [23] perfectissima, & responsa facere minores, litemque inferre, ne ex sua imperitia vel juvenili calore aliquid, vel dicant [24], vel taceant [25], quod si fuisset prolatum, vel non expressum, prodesse eis poterat, & a deteriore calculo eos eripere. Dat. 10. Kal. Mart. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

In omnibus actibus sufficit auctoritas unius tutoris, nisi administratio sit divisa. Bald.

5. Idem A. Joanni P. P.

VEterem dubitationem amputantes, per quam testamentarii quidem vel per inquisitionem dati tutoris & unius auctoritas sufficiebat, licet plures fuerant, non tamen diversis regionibus destinati: legitimi autem, vel simpliciter dati omnes consentire compellebantur: Sancimus, si plures tutores fuerint ordinati, sive in testamento [26] paterno, sive ex lege [27] vocati, [sive] a judice [28], vel ex inquisitione, vel simpliciter dati, unius [29] tutoris auctoritatem [pro] omnibus tutoribus sufficere, ubi [30] nondum divisa est administratio, vel pro regionibus, vel pro substantiæ partibus: ibi etenim necesse est singulos pro suis partibus vel regionibus auctoritatem pupillo præstare: quia in hoc casu non [31] absimiles esse testamentariis, & per inquisitionem datis legitimos, & simpliciter datos jubemus: eo quod fidejussionis onere prægravantur, & subsidiariæ [32] actionis adminiculum sperantur. † Sed hæc omnia ita accipienda sunt, si non res quæ agitur, solutionem [33] faciat ipsius tutelæ: ut puta si pupillus in [34] arrogationem se dare desiderat. Etenim absurdum est solvi tutelam non consentiente, sed forsitan ignorante eo, qui tutor fuerat ordinatus: Tunc etenim, sive testamentarii, sive per inquisitionem dati, sive legitimi, sive simpliciter creati sunt: necesse est omnes suam auctoritatem præstare: *Ut quod* [35] *omnes similiter tangit, ab omnibus comprobetur.* † Quæ omnia similiter modo, & in curatoribus observari oportet. Dat. Kal. Septemb. *Constantinop.* post Consulatum LAMPADII & ORESTIS VV. CC. 531.

TIT. LX.

QUANDO TUTORES VEL CURATORES ESSE DESINANT [36].

Pubertate finitur officium curatoris adjuncti simul cum officio tutoris cui adjungitur.

1. Imp. ANTONINUS A. Hernulæ.

SI curatores tutoribus adjuncti sunt: pubertate [37] pupilli tam tutorum, quam [curatorum adjunctorum [38]] officium finiri: ideoque alios propter ætatis infirmitatem curatores esse dandos, manifestissimum est. PP. 4. Kal. August. *Romæ*, ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

Pupillus non potest cassare tutorem. Salic.

2. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. & CC. Menippo.

TUtoris officium ex sola voluntate pupilli non finiri certissimum [39] est. S. 13. Kal. Februar. CC. CONSS. 293.

---

1 An electo tutore fidejussor liberetur.

2 Fidejussor tutoris duobus modis obligari potest, uno modo pure ac simpliciter, *ut hic.* Altero, si non idoneus sit tutor, *vers. plane.* Prior formula pura est: Altera conditionis: iurrque tamen recta est ac legitima.

3 Solvente reo liberatur fidejussor.

4 Duobus modis fidejussor tutoris obligari potest, vel simpliciter, vel in omnem casum.

5 Quid fidejussorem, fietne citra novum judicium executio? fic videtur. Nam qui fidejussit de ista judici, fidejussor est, etiamsi voluntaria jurisdictione non contentiosa fidejussierit. Tutius tamen est, ut id recte polliceri, fidejussorem nominatim obligari non debiti modo, sed etiam judicati nomine, *arg. l. ult. inf. de usur. rei judic.*

6 *Lib.* 27. *D.* 4. De contrariis judiciis, vide Cujac. 9. *observat.* 2.

7 Et ita exactio obligatione, hoc innuit: Extinguendam, non jam extinctam actionem, cedi posse. 8 *l.* 36. *ff. de fidejusser. l.* 76. *ff. de solut.*

9 Tutor ob contutoris culpam condemnatus si solverit, actiones in contutorem, sibi cedi postulare potest.

10 Id est, non appellasti. 11 Id est, cedi. vide *l.* 3. *de divisi. tutela. l.* 20. *in fin. ff. de tut. & rat. l.* 4. 3. *de in lit. dando.*

12 Tutori adversus contutorem utilis est actio, *ut hic:* & duumviro adversus collegam. *l.* 2. §. 9. *ff. de admin. rer.*

13 Vitricus privigno tutor esse potest. *l.* 2. *supr. de interdict. matr. l.* 32. §. 1. *ff. de adopt.* dixi ad *l.* 1. *supr. ubi pupill.* quod verum Bald. existimat, si ei curator adjungitur. Cur? vide eundem. 14 *l.* 6. *supr. de haered. act.*

15 *De auctoritate tutorum* 1. *Inst.* 21. *de Auctoritate & consensu tutorum Lib.* 26. *D.* 8. περὶ αὐθεντίας ϗ συναινέσεως ἐπιτρόπων. 37. *Ecl.* 6. Autoritas approbatio tutoris expressa.

16 Pupillus sine tutore sibi stipulari potest. *l.* 9. *ff. h. t. Inst. eod. in pr. l.* 7. *de contr. pupill.*

17 Hæc negotia deesse *l.* 101. *ff. de verb. oblig.* Goth. Vide *ibi notat.* S. 1.

18 Pupillus sine tutore actionem remittere non potest.

19 Emens a pupillo suo tutor non præscribit.

20 Minor non potest esse in judicio criminali sine tutoris auctoritate. *Salic.* pupillus tutore: adultus curatore ea in re indiget. Pollis quoque dicere in judicio criminali, & ad litem criminalem curatorem pupillo dari. *arg. l. propter. 7. §. ad l. Jul. de adult.* Quid ſi his instituta contra minorem vigintiquinque annis fuerit, nullo prius ibi dato curatore? putes jure nulla fuerit? Bossius *tit. 8. advertus* Placa retulit 1. *decis.* 32. *num.* 12. In Italia diverſum. Ferrarienſ. *in forma inquisitionis, in verbo*, & in Gallia. Imbert. *in Enchiridio. in verbo* Majeur. Rebuff. *in praxi. tit. de vonsiſit. gl.* 1. *n.* 71. Moventur Itali & Galli quod in delictis minor vigintiquinque annis, major tamen quatuordecim habeatur in omnibus pro majore, præcipue ſi delictum confiteatur. Boſi. *l. de confeſſis, n.* 69. adde *l. non. 3. ff. adverſ. delict. l.* 37. §. 1. *ff. de minorib.* Poteſt tamen ætas ad elevationem pœnæ ei prodeſſe. Clar. 5. *ſent.* 5. *tit. quæſt.* 50. *num.* 74. Aiſi.

21 Id eſt, auctoritate interpoſita. Jura veteri præſentia vel *de acuſat.* Paul. 5. *ſent.* 12. §. 4.

22 An hæc ſententia eſt, Accuſari non de omni crimine adulti & pupilli poſſunt? an potius hæc, de quibus poſſunt, & in eo ab impuberibus differunt? in criminali cauſa pupillis tutor: adultis, curator: minoribus tutor & curator datur. *Bald.*

23 Suaſio perfeciſſima hic eſt auctoritas tutoris vel curatoris: nempe quaſi ſuadeat pupillo ſuo tutor. Auctoritas ergo ſuaſio eſt.

24 Confeſſio minoris in judicio criminali ſine auctoritate curatoris non obligat ipſum minorem. Quid ſi curatorem non habeat? idem: exploſa Petri opinione: qui putabat ſo cola velere minoris confeſſionem, licet reſtitueretur. *l. certum. 6. §. 5. ff. de confeſſis.* Itaque minor in judicio ſine curatoris auctoritate confeſſione ſua obligari non potest, ut quæ teſtes producere, neque alios actus ſibi præjudiciales ſine curatoris autoritate poſſit in judicio facere. Quid ? eademne eſt ea in re adulti & pupilli ratio ? eaden, explicat quoque Dyni ſententia: Nam hic pupillus & adultus comparantur, ſi non idem ſint. Quid ſi non de judicii ſolemnitate, ſed de veritate perveſtiganda agitur: Nicolaus Matterellus putat hoc poſteriore caſu citra curatoris autoritatem confeſſione ſua minorem in criminali judicio obligari. *arg. l. ſi fidejuſſor. 29. §. quadam. 4. ff. mandati.* Quid ſi contra minoris quæ de agitur, non ſit voluntaria, ſed tormentis elicita ? Conſellanus addit ſi præcedentibus indiciis putat Jacob. Butrigarius, quod non alias verum putat Baldus, quam ſi præſente curatore cauſa cognita ante quæſtionem fuerit interrogatus. In hac enim ſpecie conſequentem quæſtionem, executionem quandam antecedentis cognoſci videri. *arg. l. ſi pupillaverit.* 27. §. *quæſtionis. 7. ff. ad leg. Jul. de adult.* Quid ſi non in ſe, ſed in alium minor in judicio criminali fateatur ? non eſt neceſſaria curatoris autoritas *argument. l. ultim. 7. ad SC. Silan.* Quid ſi extra judicium verſimiliter quid in ſe minor confeſſus eſt ? in eadem permanere in judicio cogi poteſt. *l. quæro. 8. in fin. ff. de adult. l.* 25. *ff. ad l. Jul. de adult. l.* 1. *J. ſi quis imperator. l. militet. 8. §. ſuperat. l.* 3. *de minor. ex alpeciu*, ut Cujacius putat. *d. tit. ſi minor.* neceſſarie partis, Ariſtophanes: Σφᾶς τοὺς παῖδας δοκεῖς ἀρτίως ἀλόντας παῖδας ὄντας. Plato 11 legum. τὸν τε τῶν μικρῶν χρόνον ἐγκρατεῖς τῶν ἐν αὐτοῖς ἐ ἀνδρὸς ἕκαστον κρίνειν χρὴν τοὺς μὲν ἀρίστους, γνώμας δὲ ἐυζώνους ἐν ἐυζώνοις ἐχόντας τοὺς ἄλλους. Quintil. *declamat.* 279. *Peſſima judicii ſitum atque in conſpectu judicis conſtitus cogit.* Idem *in inſtit. quæſtionem bene conſummatam eſſe ait, pubertas anteis, an habita ajtenatur.* Habitum Diocl. videtur appellare vigoris veſtigium. *l.* 4. *J. qui teſt. ſunt.* Verum Revarius 2. *variar. cap.* 10. veteribus Romanis indecorum hanc corporis inſpectionem in uſu non fuiſſe putat: & Juliuianum illo Pluvius loco deceptum, quæ de habitu, hoc eſt, ſtipolitione, figura & forma corporis honeſte dicta erant, ad hanc inſpectionem impudicum neque transvehe. Quo etiam loco notat maſculos anno decimo quarto, etiamſi generare non poſſint, pro tamen facto puberes fuiſſe declarato. ſolebant enim maſculis id annum neque decimum quartum conce nutriri. Martillus 3. *epigr.* 58. *Et pudicaque non jubente parere genitori vultus capillati.* Ex ciaſſis ſpatio, *cum infra puberiatis præcedentium.* Porphyrio in *Horatium.* Martialis 6. *Epigr.* 52. *Hic ſaret ex lumbis raptus puerilibus annos Pontaſagitus dominicura dolorque ſui. Vox tangente vagos ferro rejecare capillos Dictus, & ne ſuetus exciſſe genas.* Perſius *ſatyr.* 3 *quibus tradentia juventus Intrigitat pilosus. & granis papa pulentia.* Seneca *in Vergilium*, aris aliquos Dei detonſos tempore puberiatis comas ſuiſſe conſecratas.

---

1 De qua mox dicam. 2 *l.* 13. §. 2. *ff. de tut. dat.* quod quanquam Juſtinianus ſibi tribuat, videtur tamen aliunde ſumpſiſſe. Tertullianus *lib. de velandis virginibus: Tempus*, inquit, *Ethnici obſervarunt, ut ea lege natura tua fuit ætatibus redeant. Nam ſaminibus quidem a duodecim annis, maſculos a duobus ampliat annis ad negotia admittunt.*

3 Fiat & id quoque deſumptum aliunde ex Proculi ſcilicet ſchola. Ulp. 11. 8. *ult.* Hinc Tertullianus *lib. de anima* c. 20. *Puberiatem*, inquit, *annadum cum carnalit dicemus convenire: puriterque & illum ſuggeſtu ſenſuum, & illam proceſſu membrorum exurgere a decimo quarto fere anno, quia alcſpiades inde ſapientiam ſupputat, nec quia jure civilis ibinue agendis reluis obveperant: ſed quod & hæc de puimordio ratio eſt.* Hanc etiam definitionem fuiſſe pubertatis jure receptam Macrobius refert 7. *Saturn.* 7. Idem t. *in ſomnium* 6. *Poſt annos bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit.* Iidem tutela pueris quaſi virile jam robur adſolvitur, de qua tamen firmitate præter votorum feſtinationem matrius biennio legibus liberantur. 4 Pubertas igitur in maſculo quatuordecim, in fœmina duodecim annis definitur, tit hic, *Gl. 5. ff. qui teſt. fac. t.* 2. *ff. de vulg.* 5. 1. *Inſt. de nupt. Novell.* 119. Ulp. 11. 5. *ult.* Tertull. *lib. de anima* c. 20. *& lib. de velandis virginibus.* Macrob. 1. *in ſomn.* 6. & 7. *ſaturn.* 7. hujus definitionis cognitio utilis eſt: quippe impubes nuptias contrahere non poteſt. *ut hic.* cohari, *l.* 4. *J. qui teſtam.* teſtimonium dicere, *l.* 19. *in fin. ff. de teſtib.* torqueri, *l.* 10. *ff. de quæſt.* obligari ſine tutoris autoritate. *l.* 3. §. *de aut.* Plena vero pubertas in maſculo decimo octavo, in fœmina decimo quarto anno finitur. *l.* 40. §. 1. *ff. de adopt. l.* 1. §. 3. *ff. de injuſ. l.* 14. §. 1. *ff. de admin. l.* 7. *ff. de re jud.* §. 3. §. *ult. Inſt. quib. ex cauſ. manumitt. Nov.* 115. *c.* 3. *in fin. l.* 19. *C. Th. de decur.* Plena vero ætas in maſculo viginti annis, in fœmina octoſecim. *l.* 2. *in princ. &* §. 1. §. *de tut.*, *qui veniam ætat. Novell. Leon.* 28. 5 Olim puberias probabatur ex habitu, Ulp. 11. §. *ult. Inſt. h. t. in pr.* vel alpeciu, *l.* 3. §. *ſi minor ſe major. l.* 32. *ff. de minor. ex alpeciu*, ut Cujacius putat. *d. tit. ſi minor.* neceſſarie partis, Ariſtophanes: Σφᾶς τοὺς παῖδας δοκεῖς ἀρτίως ἀλόντας παῖδας ὄντας. Plato 11 legum. τὸν τε τῶν μικρῶν χρόνον ἐγκρατεῖς τῶν ἐν αὐτοῖς ἐ ἀνδρὸς ἕκαστον κρίνειν χρὴν τοὺς μὲν ἀρίστους, γνώμας δὲ ἐυζώνους ἐν ἐυζώνοις ἐχόντας τοὺς ἄλλους. Quintil. *declamat.* 279. *Peſſima judicii ſitum atque in conſpectu judicis conſtitus cogit.* Idem *in inſtit. quæſtionem bene conſummatam eſſe ait, pubertas anteis, an habita ajtenatur.* Habitum Diocl. videtur appellare vigoris veſtigium. *l.* 4. *J. qui teſt. ſunt.* Verum Revarius 2. *variar. cap.* 10. veteribus Romanis indecorum hanc corporis inſpectionem in uſu non fuiſſe putat: & Juliuianum illo Pluvius loco deceptum, quæ de habitu, hoc eſt, ſtipolitione, figura & forma corporis honeſte dicta erant, ad hanc inſpectionem impudicum neque transvehe. Quo etiam loco notat maſculos anno decimo quarto, etiamſi generare non poſſint, pro tamen facto puberes fuiſſe declarato. ſolebant enim maſculis id annum neque decimum quartum conce nutriri. Martillis 3. *epigr.* 58. *Et pudicaque non jubente parere genitori vultus capillati.* Ex ciaſſis ſpatio, *cum infra puberiatis præcedentium.* Porphyrio in *Horatium.* Martialis 6. *Epigr.* 52. *Hic ſaret ex lumbis raptus puerilibus annos Pontaſagitus dominicura dolorque ſui. Vox tangente vagos ferro rejecare capillos Dictus, & ne ſuetus exciſſe genas.* Perſius *ſatyr.* 3 *quibus tradentia juventus Intrigitat pilosus. & granis papa pulentia.* Seneca *in Vergilium*, aris aliquos Dei detonſos tempore puberiatis comas ſuiſſe conſecratas.

6 Tutor propter abſentiam non dat curatorem, ſed actorem. *l.* 10. *in fin. ff. qui dare tutor. qui & adjutor. l.* 13. §. 1. *ff. de tut.* 7 Tutor poteſt tur-ſum adminiſtrare per actorem: non per procuratorem: Bart. etiamſi pater tutor ſilii eſſe proponatur. *hoc l.* Bald. 8 Ador appellatur, quia plerumque litis cauſa datus. *l.* 10. *ff. de appell. l.* 31. §. 6. *ff. de negot. l.* 24. *ff. de adm. & perie. tut. l.* 6. *ff. quando ex facto tutoris.* §. *ult. Inſt. de curatorib.*

9 Dixi ad *l.* 27. *D.* 1. 10 *Eunuchus* tutor datus immunitatem non habet. *Sym. Baſ.* 38. *tit.* 1. *c.* 46. *l.* 15. *ff. h. t.* 11 Adventano. vide Cujac. 15. *obſ.* 8.

12 Curator generaliter datus intelligitur etiam datus ad bona extra provinciam ſita, ut eorum nomine etiam teneatur, ſed etiam facile ab illis obtinere ſolet liberationem.

13 Atqui videtur nemineni poſſe curatorem dare bonis quæ ſita vel poſita ſint extra provinciam ſuam. *l. pupilla.* 27. *ff. de tut. & curat. dat.* an hic dicemus cum Accurt. curatorem a Principe datum, vel ab alio ejus mandato, atque ita ab eo qui jurisdictionem quoque in provincia habeat? An potius cum Bartolo, provincialibus etiam bonis curatorem recte dari ab eo, qui jurisdictionem habeat in perſonam adulti: exemplo tutorum, qui, ſi ab eo dati ſint, qui jurisdictionem habeat in perſonam pupilli, dari quoque intelligantur, ut adminiſtrent bona pupilli in quacunque provincia poſita. *l.* 1. §. *ult. h. t. l.* 1. *ff. de tut. & curat. dat.* 14 *l.* 19. *C.* 21. *in fin. ff. h. t.* adde *l.* 22. §. *ff. de admin. & perie. tut.* 15 Ingenuus excuſatur a tutela libertini. *l.* 1. §. 4. *l.* 44. *ff. h. t.* quod ſi reticiatur excuſatio, appellare debet: alias tenetur. *l.* 27. *in fin. ff. de tut. vel curat. dat.* 16 *l.* 1. §. *de interd. matr.* Imo ortuoe D. Marci. *l.* 15. *ff. de ſponſal. l.* 60. §. 5. *ff. de ritu.* vid. quæ ſcripſi ad *l.* 7. *J. de præditis minorum.* 17 Vide §. *de interdict. matrim. inter. l.* 7. §. *de interdict.* 18 *l.* 7. *ff. ad leg. Jul. de adult.* 19 *l.* 7. §. *de interdict.*

20 Uxori. Si meritus ignorans curator datur uxori, a pœna Senatuconſulti excuſatur: ſi tamen alium ſubſtitui petierit. vide *l.* 2. §. *qui dare tut.* 21 Libertus nullo modo excuſatur a tutela vel cura filiorum patroni, adeo ut quamvis eorum tutor fuerit, ab eorum cura gerenda non excuſetur. *l.* 1. §. 4. *l.* 14. *ff. h. t. l.* 14. *ff. de tut. dat.* vide tamen Paul. 2. *ſent.* 28. §. 2. 22 Quinquaginta dies excuſationum incipiunt cedere, poſtquam tutor decretum prætoris, aut teſtamentum quo tutor datus eſt, cognoverit. *Synopſ. Basil. d. tit.* 1. *c.* 50. Igitur ignoranti non currit aut elabitur tempus excuſationibus conſtitutum a lege, *ut hic*, & *l.* 13. §. 1. *ff. h. t.* Eadem ratione Bartolus in *l. quæſtio.* 5. *J. qui admitti.* negat, ignoranti tempus jurisprudi currere. 23 Tempus ſe excuſandi a tutela non curit ignoranti. 24 *l.* 8. §. *qui dare tutores.* Hodie cpeditores & debitores pupilli excuſantur ab ejus tutela. *Nov.* 72. *c.* 1. 2. 25 *l. ult.* §. *qui dare tutor. ait:* quo nomine *Tutor vel curator verſtig.* Aliud in conductore vectigalium civitatis illius. *l.* 15. §. 10. *ff. h. t.* 26 Præſertim ſi præſentes negotium exercent. *l.* 8. §. 1. *ff. de vacat. mun.* in aliis liberantur. *l. c.* §. 11. *ff. de jure immunit.* Dicamus, muneribus ſimul poſſe, ſed tamen fine damno fiſci, quod ut heri recte poſſit, præſidis nutionem eſſe. *l. ult.* §. 1. *ff. ad municip.* 27 Adde *l. ult.* §. *qui dare tutores. l.* 1. *J. ne rusticanis ad ullum obſequium. l.* 1. *J. de agricol. & cenſ.* 28 A præſide. *d.* §. 11.

29 Dixi ad *l.* 3. §. *qui dare tutores.* aliud in exco. *l.* 40. *ff. h. t. l.* 1. *J. qui morbo.*

30 Facit *l.* 22. *in fin. l.* 41. *ff. h. t.* 8. 1. *Inſt. h. t.*

31 Tutor teſtamentarius teneatur bona adminiſtrare etiam extra provinciam conſtituta, præterquam ſi ab his ſe excuſaverit: quo nomine curator et adjungi ſolet. dixi ad *l.* 5. §. *qui dare tut.* 32 *l.* 3. §. *ea quibus cautio tut. vel cur. habend.* 33 *Voluntaria*, Hal. 34 *l.* 30. §. 2. *l.* 31. *in fin. ff. h. t.* facit *l.* 7. §. *de injur. l.* 28. §. *de pact. l. ult.* §. *ne acer pro marito.* adde quæ ſcripſi ad *l.* 6. §. *de injur. l.* 1. *J. de fidejuſſoribus. Novell.* 1. *cap.* 1. *l.* 19. *J. de agricolis.*

35 Priviſegium juve excuſandi te ab officio tutelæ vel curæ qui habet: ſi minus fubiit, extinxit non poteſt quantum ad munus ſponte ſuſcepium: ſi excuſare: An & ab illis ſimilibus in futurum? poteſt. vide Wurmſer. 1. *præſt.* 32. *obſ.* 6. Per actum uni rei tantum contrarium non amittitur privilegium in aliis.

Pubertas non ex inſpectione, verum ex ætate æſtimanda.

3. Imp. JUSTINIANUS A. Mennæ P. P.

INdecoram [1] obſervationem in examinanda marium pubertate recſecantes, jubemus quemadmodum fœminæ poſt [impletos] duodecim [2] annos omnimodo pubeſcere judicantur, ita & mares poſt exceſſum quatuordecim [3] [annorum] puberes [4] exiſtimentur: indagatione [5] corporis inhoneſta ceſſante. Dat. 8. Id. April. *Conſtantinop.* DECIO V. C. CONS. 529.

TIT. LXI.

DE ACTORE A TUTORE SEU CURATORE DANDO.

Etiam pater tutor filii non conſtituit procuratorem, ſed actorem ante litem conteſtatam. Bald.

1. Imp. DIOCLET. & MAXIMIANUS AA. & CC. Alphocrationi.

SI fui juris conſtituti filii tui, matri ſucceſſerunt: licet [6] te tutorem eorum eſſe probetur, tamen non [7] per procuratorem, ſed actorem [8] decreto conſtitutum a te, res eorum te abſente peti convenit. S. Non. Januar. *Sirmii*, CC. CONSS. 293.

TIT. LXII.

DE EXCUSATIONIBUS [9] [TUTORUM ET CURATORUM] ET DE TEMPORIBUS EARUM.

Spado a tutela non excuſatur.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Aviolæ.

FAlſa ſuaſione credis te propterea quod *ſpado* [10] ſis, immunitatem a tutelis habere. PP. Kalend. Maji, CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

De rebus provincialibus.

2. Iidem AA. Habentiano [11] & Coſconio.

SI curatores dati eſtis generaliter [12], nec [13] decreto ſignificatum eſt, *Italicarum tantum rerum* vobis munus injunctum: adire debetis competentem judicem, ut vos a provinciali adminiſtratione liberet [14]: Quod ſi factum fuerit, petent tibi in provincia curatores adoleſcentes. PP. 8. Kalend. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

Ingenuus *a tutela libertini excuſatur.* Salic.

3. Iidem AA. Criſpino.

EXcuſationis quidem tuæ, ſi ingenuus [15] libertino tutor datus es, certa cauſa eſt. Sed cum te Præſes provinciæ audiendum non putaverit propter præſcriptionem, quaſi tardius adires, nec a decreto provocaveris: intelligis parendum eſſe ſententiæ. PP. Idib. Mart. ALBINO & ÆLIANO CONSS. 207.

De Marito ignorante.

4. Imp. ANTONINUS A. Agatho [Dæmoni.]

AMpliſſimi ordinis conſulto [16], qui [17] pupillam ſuam uxorem duxit, nuptias contrahere non [18] intelligitur, ſic tamen infamis [19] conſtituitur. Sed ſi tu Demetriæ [20], cum eam in matrimonio haberes, abſens & ignorans curator conſtitutus es: potes eſſe ſecurus, dum tamen alius ſubſtituatur. Non enim [debet] ignorantiæ maritorum, ampliſſimi ordinis conſulto fraus quæri. PP. 11. Kal. Jul. SABINO & ÆLIANO CONSS. 207.

De libertis.

5. Imp. ALEXAND. A. Baſſilo.

LIbertos [21] a tutela vel cura liberorum patroni ſeu patronæ nullam excuſationem impetrare [poſſe,] ampliſſimus ordo, auctore D. Marco, cenſuit. Et ideo nec illud eis prodeſſe debet, quominus curatores etiam inviti patroni ſeu patronæ liberis dentur, quod eorundem tutelam adminiſtraverunt.

De termino, intra quem excuſationes proponi debent.

6. Idem A. Maximiano.

QUinquaginta [22] dies, qui præfiniti ſunt ad profeſſionem excuſationis iis qui tutores ſeu curatores dati ſunt, ex eo die cedere, ex quo decretum Prætoris, aut teſtamentum parentis notum [23] factum fuerit ei qui ad munus vocatus fuerit, ipſa conſtitutio, quæ hoc induxit, ſanxit. Sed ſi quis in ejus temporis computatione ab eo, cujus de ea [re] notio fuerit, injuriam paſſus, non provocavit: acquieſcere [rebus] judicatis debet. PP. 3. Non. Maji, JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Creditor *vel* debitor *non excuſatur.*

7. Idem A. Antonino.

NEque a tutela, neque a cura ideo quis excuſatur, quod creditor [24] ſive debitor ejus eſt, cui tutor ſive curator datus eſt: ſed participem in munere habere debet, ut ſi res exegerit, is qui alieno auxilio eget, defendatur. PP. 3. Id. Jul. JULIANO II. & CRISPINO CONSS. 225.

Coloni fiſci *non excuſantur.*

8. Idem A. Maximo.

COloni (id eſt conductores prædiorum ad fiſcum [25] pertinentium) hoc nomine [26] excuſationem a muneribus civilibus non [27] habent: ideoque injunctæ [28] tutelæ munere fungi debent. PP. 4. Kalend. Februar. FUSCO & DEXTRO CONSS. 226.

Oculo amiſſo *a tutela ſuſcepta tutor non excuſatur.*

9. Idem A. Romano.

FRater [tuus] non ideo a tutela, vel cura excuſari debet, quod oculum [29] amiſit: proinde intelligis munus ſuſceptum eum deſerere non poſſe. PP. Kal. Febr. MODESTO & PROBO CONSS. 229.

Exactores tributorum excuſantur.

10. Idem A. Criſpino.

EXactores [30] tributorum tanto tempore, quanto rationem tributariam tractaverint, non ſolum ab oneribus, ſed etiam a tutelis vacationem habere, dubitare non debuiſti. Dat. Id. Auguſt. ALEXANDRO A. III. & DIONE CONSS. 230.

De bonis exiſtentibus in alia provincia.

11. Idem A. Hylæ.

TEſtamento tutor datus, ut a bonis his excuſareris, quæ pupilli tui in alia [31] provincia, quam unde es, ubique moraris, poſſidentur: intra quinquageſimum diem poſtulare debuiſti. Quod ſi facere ceſſaſti: excuſatio quidem temporis præſcriptione ſummovetur: ſed propter [32] late diffuſum patrimonium, an tibi adjungi aliquos curatores oporteat, Præſes provinciæ, ſi te inſufficientem deprehenderit, æſtimabit. PP. 8. Id. Dec. POMPEIANO & PELIGNO CONSS. 232.

De tutela voluntaria.

12. Imp. GORDIANUS A. Valentino.

VOluntariæ [33] tutelæ munera privilegiis [34] nihil derogant [35]. PP. 2. Kal. Nov. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

---

1 De qua mox dicam. 2 *l.* 13. §. 2. *ff. de tut. dat.* quod quanquam Juſtinianus ſibi tribuat, videtur tamen aliunde ſumpſiſſe. Tertullianus *lib. de velandis virginibus: Tempus*, inquit, *Ethnici obſervarunt, ut ea lege natura tua fuit ætatibus redeant. Nam ſaminibus quidem a duodecim annis, maſculos a duobus ampliat annis ad negotia admittunt.*

3 Fiat & id quoque deſumptum aliunde ex Proculi ſcilicet ſchola. Ulp. 11. 8. *ult.* Hinc Tertullianus *lib. de anima* c. 20. *Puberiatem*, inquit, *annadum cum carnalit dicemus convenire: puriterque & illum ſuggeſtu ſenſuum, & illam proceſſu membrorum exurgere a decimo quarto fere anno, quia alcſpiades inde ſapientiam ſupputat, nec quia jure civilis ibinue agendis reluis obveperant: ſed quod & hæc de puimordio ratio eſt.* Hanc etiam definitionem fuiſſe pubertatis jure receptam Macrobius refert 7. *Saturn.* 7. Idem t. *in ſomnium* 6. *Poſt annos bis ſeptem ipſa ætas neceſſitate pubeſcit.* Iidem tutela pueris quaſi virile jam robur adſolvitur, de qua tamen firmitate præter votorum feſtinationem matrius biennio legibus liberantur. 4 Pubertas igitur in maſculo quatuordecim, in fœmina duodecim annis definitur, tit hic, *Gl. 5. ff. qui teſt. fac. t.* 2. *ff. de vulg.* 5. 1. *Inſt. de nupt. Novell.* 119. Ulp. 11. 5. *ult.* Tertull. *lib. de anima* c. 20. *& lib. de velandis virginibus.* Macrob. 1. *in ſomn.* 6. & 7. *ſaturn.* 7. hujus definitionis cognitio utilis eſt: quippe impubes nuptias contrahere non poteſt. *ut hic.* cohari, *l.* 4. *J. qui teſtam.* teſtimonium dicere, *l.* 19. *in fin. ff. de teſtib.* torqueri, *l.* 10. *ff. de quæſt.* obligari ſine tutoris autoritate. *l.* 3. §. *de aut.* Plena vero pubertas in maſculo decimo octavo, in fœmina decimo quarto anno finitur. *l.* 40. §. 1. *ff. de adopt. l.* 1. §. 3. *ff. de injuſ. l.* 14. §. 1. *ff. de admin. l.* 7. *ff. de re jud.* §. 3. §. *ult. Inſt. quib. ex cauſ. manumitt. Nov.* 115. *c.* 3. *in fin. l.* 19. *C. Th. de decur.* Plena vero ætas in maſculo viginti annis, in fœmina octoſecim. *l.* 2. *in princ. &* §. 1. §. *de tut.*, *qui veniam ætat. Novell. Leon.* 28. 5 Olim puberias probabatur ex habitu, Ulp. 11. §. *ult. Inſt. h. t. in pr.* vel alpeciu, *l.* 3. §. *ſi minor ſe major. l.* 32. *ff. de minor. ex alpeciu*, ut Cujacius putat. *d. tit. ſi minor.* neceſſarie partis, Ariſtophanes: Σφᾶς τοὺς παῖδας δοκεῖς ἀρτίως ἀλόντας παῖδας ὄντας. Plato 11 legum. τὸν τε τῶν μικρῶν χρόνον ἐγκρατεῖς τῶν ἐν αὐτοῖς ἐ ἀνδρὸς ἕκαστον κρίνειν χρὴν τοὺς μὲν ἀρίστους, γνώμας δὲ ἐυζώνους ἐν ἐυζώνοις ἐχόντας τοὺς ἄλλους. Quintil. *declamat.* 279. *Peſſima judicii ſitum atque in conſpectu judicis conſtitus cogit.* Idem *in inſtit. quæſtionem bene conſummatam eſſe ait, pubertas anteis, an habita ajtenatur.* Habitum Diocl. videtur appellare vigoris veſtigium. *l.* 4. *J. qui teſt. ſunt.* Verum Revarius 2. *variar. cap.* 10

Libertus, *unus Senatoris etiam excusatur.*

13. Idem A. Apollinari.

NE Senatorum [1] quidem liberti [2], nedum cæterorum, propterea quia patronorum negotia gerunt [3], a muneribus civilibus habent immunitatem: tantummodo etenim unus [4] Senatoris libertus, qui patroni negotia gerit, a tutela sive cura vacationem habet. PP. 10. Kalend. Februar. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

De tutore nominato ut injuriam redimat vel litiget.

14. Idem A. Heraclidæ.

SEveriter Præses provinciæ exequetur, si animadverterit avunculum tuum propterea nominari tutorem, ut metu hujusmodi creationis a [5] Magistratibus injuriam redimat [6]. Quinetiam, si aliqua ei excusatio competit, & non alia causa nominatus est, quam ut [7] lite fatigetur: quod in eam rem absumptum fuerit, is qui eum nominavit, juxta formam constitutionum ei reddere cogetur. PP. Idib. Septemb. GORD. A. & AVIOLA CONSS. 240.

Si judicio excusationis pendente tutela finiatur.

15. Idem A. Tauro.

QUanquam in tutela detentus, eo quod excusatio, quam objiciebas, non est admissa [8], provocationis auxilium flagitaveris; & in medio tempore hi, quorum meministi, in adulta ætate agere coperint [9]: tamen non [10] eo minus causa interpositæ provocationis propter periculum administrationis ejus temporis judiciorum more examinanda est. PP. 8. Kalend. Novemb. ARIANO & PAPPO CONSS. 244.

Lis de hereditate.

16. Imp. PHILIPPUS A. Theodoto.

SI (ut allegas) tutor his datus es, cum quibus disceptationem [11] hereditatis tibi esse proponis, & tempora [12] antiquitus excusationibus prælitiuta etiam nunc opitulantur: adire Præsidem provinciæ potes, formæ super ea [re] statutorum principalium obtemperari pro sua gravitate justurum. PP. 10. Kalend. August. PEREGRINO, & ÆMILIANO CONSS. 245.

De dato curatore nurui suæ.

17. Impp. GALLIENUS & VALERIANUS AA. Epagatho.

LIcet Orationis sub D. Marco habitæ verba deficiant: is tamen qui post contractas nuptias nurui [13] suæ curator datur, excusare se debet, ne manifestam sententiam [14] ejus offendat, & labem pudoris contrahat. Dat. 6. Id. Januar. VALERIANO II. & LUCIANO [15] CONSS. 256.

Non appellari sed excusationem proponi, si pupilli pater ustumfructum omnium bonorum uxori suæ reliquerit.

18. Impp. DIOCLETIANUS & MAXIMIANUS AA. & CC. Sabino & aliis.

TUtores nominatos appellationem [16] interponere necesse non habere, certissimi juris est. Quapropter licet non appellasti: si quam te excusationem habere confidis, intra tempus quod Divi Marci constitutione præscriptum est, hac apud Præsidem provinciæ uti non prohiberis. Nam quod [17] omnium [18] bonorum patrem pupilli usumfructum reliquisse quondam uxori suæ proponis, ad excusandos vos a tutela non est idoneum. Dat. Non. April. CC. CONSS.

De eo qui matrem pupillæ convenire vult.

19. Iidem AA. & CC. Dionysio.

INustitam rem desideras, de tutela filiæ te dimitti postulans, quod [19] te posse contrario tutelæ judicio matrem [20] ejus convenire contendis. Sine die & CONSS.

Si is qui tutor fuit, curator detur.

20. Iidem AA. & CC. Cratino.

CUrator adultis nominatus, quorum tutor antea fueras, invitus [21] in administratione teneri non potes [22]. Proinde si dies [23] excusationibus præfinitis nondum excesit, uti competenti defensione potes. S. 10. Kalend. Decemb. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De communione.

21. Iidem AA. & CC. Paramonni.

QUod res cum uterinis fratribus tibi communes [24] esse profiteare, ad excusationem tutelæ non est idoneum: cum harum divisio curatore dato fieri possit. S. 18. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De excusatione approbata.

22. Idem AA. & CC. Hermodoro.

SI tutor nominatus decreto Præsidis, habens excusationem absolutus [25] es, ad te non pertinere periculum administrationis, manifestum est. Dat. 13. Kal. Januar. *Nicomediæ*, CC. CONSS.

De lite quam soror vel filii sororis tutoris habent cum pupillo.

23. Iidem AA. & CC. Neophyto.

HUmanitatis ac religionis ratio non permittit, ut adversus [26] sororem, vel filios sororis actionum necessitates [27] tutelæ occalionе suscipias: cum & ipsius etiam pupilli cui tutor datus es, aliud videatur exigere utilitas: scilicet ut eum tutorem potius habeat, qui ad defensionem ejus non inhibeatur affectu [28]. Juxta formam igitur quam consulti dedimus, prætorem adiri oportet: ut & justo tuo desiderio, & pupilli ipsius commodo consulatur. S. 6. Kalend. Februar. *Sirmii*, TUSCO & ANULINO CONSS. 295.

Navicularii excusantur.

24. Impp. ARCAD. & HONOR. AA. Flaviano P. P.

EXcusationem naviculariis [29] tutelæ sive curæ hactenus ipsis tribuimus, ut in hujusmodi officiis, minoribus sui tantum corporis obligentur. Datum 3. Non. Mart. *Mediolani*, AA. CONSS.

Silentiarii excusantur.

25. Imp. ANASTAS. A. Antiocho præposito sacri cubiculi.

VIros clarissimos sacri nostri palatii Silentiarios [30] circa latus nostrum militantes, de tutelis & curationibus excusari sancimus. Dat. Kal. Januar. JOANNE & ASCLEPIONE CONSS. 500.

TIT. LXIII.

SI TUTOR VEL CURATOR FALSIS [31] ALLEGATIONIBUS EXCUSATUS SIT.

1. Imp. ALEXAND. A. Symmacho & Diotimo.

SI absentibus [32] necessariis personis, vel his, qui sua sponte vos defendere volebant; non [33] competentibus allegationibus, qui vobis tutores aut curatores dati erant, liberati esse a munere jussi sunt, ne eis circumveniße judicis religionem prosit, præses provinciæ audiet vos: & si injustum [34] decretum extorsisse eos apparuerit, exinde ad eos periculum administrationis pertinere pronunciabit, ex quo dati sunt. PP. 12. Kal. Maji, MAXIMO II. & ÆLIANO CONSS. 224.

Post sumptam administrationem frustra se quis excusat. Salic.

2. Impp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Aulizano.

TUtores [35] quos postea [36] quam bona pupillorum administraverunt, a præside provinciæ, quasi re integra excusari se impetrasse [37] adseveras, periculum administrationis evitare minime posse manifestum est. PP. 14. Kal. Jun. PHILIPPO A. & TITIANO CONSS. 246.

3. Iidem A. & C. Octavio.

SI, ut proponis, pars diversa ab administratione tutelæ seu curæ tuæ, itemque fratris tui ambitione [38] potius quam juris ratione se excusavit: periculo injuncti muneris minime liberata est. Sine die & Consule.

TIT. LXIV.

SI TUTOR VEL CURATOR REIPUBLICÆ [39] CAUSA ABERIT.

1. Imp. GORDIANUS A. Guttio.

QUi tutores vel curatores dati Reipub. [40] causa abfuturi sunt, ad tempus se excusare debent a tutela, ne etiam medii [41] temporis periculo obstringantur. Quod quidem si tu fecisti, ejus intervalli quo abfuisti, periculum non debes pertimescere. Quod si id prætermisisti, ut priore loco is conveniatur, qui administravit [de] jure postulabis. PP. Id. Mart. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

1 Aliud in liberto uxoris senatoris. Libertus enim non excusatur, quantumvis ret uxoris administret. *l.* 1. §. 8. *ff. h. t.* 2 Liberti non excusantur a tutela, quod gerant patronorum suorum negotia: nisi patronus sit senator, & quidem masculus, & tunc unus tantum excusat. Quid si libertus jus aurorum annulorum impetravit? non excusabitur, etiamsi patroni gerat negotium, ut eodem jure censeatur, quo ceteri ingenui. *l.* 43. 44. *in fin. ff. h. t. l.* 17. §. 1. *ff. ad municip.* 3 Idem dicendum, si filiorum patroni tutelam gerunt. *l.* 43. *ff. h. t.* 4 Eadem ratio erit, si plurium patronorum gerant negotia. 5 Inquisitores criminales tenentur, si in inquirendo malo more versati sunt. *Bald.* malo more versatur inquisitor, qui ab innocente, innoxio & immerito pecuniam extorquet. 6 Nominans aliquem ad munera eo fine, ut is a nominatione redimat, criminaliter tenetur. *l.* 3. *l.* 4. *ff. de leg. Jul. repetundar.* 7 Nominans aliquem ad tutelam, ut lite fatigetur, ei ad expensas tenetur. 8 Appellari potest, si judex non admittit admittenda. *Bald.* 9 Accessoria litis incepta terminanda sunt, etiamsi lis principalis intereat. 10 Vid. *l.* 20. *ff. de advoin. & peric. tut.* 11 *l.* 21. *f. eodem.* 9. 4. *Inst. h. t. l.* 7. *supr. h. t.* 12 *l.* 6. *supr. h. t.* 13 Curator nurui datus debet se excusare. *l.* 3. *supr. de interdict.* alias in infamiam incidit. 14 Eadem ubi æquitas est, ibi jus idem esse debet.

15 Lucillo, *Cassiodoro & omnes fastorum auctores.* 16 A creatione tutoris non appellatur, sed excusatio propositur. *l.* 13. *ff. h. t.* §. 16. *Inst. h. t. l.* 1. §. 1. *ff. quando appellandum.* sed tamen Cujacius ad *l.* 4. *ff. h. t.* a datione tutelæ appellari posse putat. Nominato excusatio permittebatur, excusatione non recepta. *d.* §. 1. *l.* 16. *ff. h. t.* appellabatur jure antiquo, hodie excusatio nada. Inficias sine appellatione, aut potius appellationis genere excusatio proponitur. dixi ad *l.* 4. *ff. h. t.* 17 Inopis pupilli non excusat a tutela. *Salic.* 18 Ut hoc pacto filius inops censeatur. Hodie filii legitima ususfructus etiam onere gravati non possit. *Novell.* 13. *cap.* 1. 19 Mater a tutela filii non excusatur, licet filio debeat. 20 Nemo ideo excusatur a tutela, quod matri futuri pupilli pecuniam crediderit. 21 §. 18. *Instit. h. t.* Paul. *sent.* 27. §. *ult.* 22 Fallit hoc in liberto. *l.* 5. *supr. h. t.* 23 *l.* 6. *supr. h. t. l.* 16. *ff. h. t.* 24 Communio non excusat a tutela. facit *l.* 7. *h. t. l.* 2. §. 2. *de in litem dand. tutor.* §. *ult. Inst. de auctor. tut.* 25 Periculum tutelæ non spectat ad eum, cujus excusatio fuit approbata. 26 Tutelam vel patrocinium minoris suscipere contra sororem propriam, vel sororis filios nemo cogitur. Oh hanc igitur causam potest quis a tutela se excusare, ne ob tutelæ necessitatem, pro pupillo causas dicere contra personam tanta sibi propinquitate junctam cogatur: *Aut. Synopf. Basil.* 38. *tit.* 1. *c.* 67. addit hoc jus esse ἔθνος τῶν Ἑλλήνων, novum & admirabile. Hoc etiam ex loco notant, non præjudicare inter fratres odium; imo verosimile esse, alterum ab altero diligi. de qua præsumptione vid. Alciat. 1. *præsumpt.* 22. 27 Potest tamen quis adversus proximos & cognatos pupillum suum defendere. *versic.* 5. Gell. 13. ut & advocatus sisi pupillos suos defendere adversus filium potest. *l. penult. ff. de postuland.* 28 Generali sermone nemo præsumitur quidquam in eorum detrimentum, quos habet consanguineos, confinieres. *immunitat. l.* 1. §. 1. *ff. de excusf.*

29 Navicularii a tutelis extraneis, id est, non naviculariorum excusantur: facit *l.* 17. §. 2. *l.* 41. *in fin. ff. h. t.* 30 Silentiarii excusantur a tutelis & curationibus. *Novell.* 53. *c.* 5. *l. ult. ff. de silent.*

31 §. *ult. Inst. h. t. l.* 60. *ff. de ritu nupt.* 32 *l.* 41. *in fin. ff. de re judic.* 33 Falsis allegationibus excusatus tutor pupillo obligari non debuit. unde notat *Bart.* ire singulari sententiam ex falsis allegationibus latam adversus minores ipso jure nullam esse, cum in aliis valeat, licet per restitutionem rescindatur. adde *l.* 1. 2. 3. 4. *J. de sent. rescind. vel testimon. vel testimon. judicatum fit.* 34 Injuste judicis decreto excusatus tenetur de periculo tutelæ. *l.* 37. *ff. h. t. l.* 11. §. 2. *ff. de minor.* 35 Tutores excusatione pridem facta, quam res administrari cœperint, non amplius se excusare queunt, nisi certis ex causis: ut cum Reipub. causa abfuerint. *Synopf. Basil.* 38. *tit.* 1. *cap.* 71. 36 Suscepta jam administratione frustra quis se excusat. *l.* 17. §. 3. *ff. de excusf.* facit *l.* 3. *supr. tit. prox.* excipe *l. ult. h. t.* 30. *l.* 40. *ff. de excusf. l.* 11. §. 2. *ff. de minor. l.* 1. *in fin. ff. h. t.* §. 19. *Inst. h. t. l.* 2. *supr. qui dare.* vid. Wurmser. 1. *præt.* 38. *obf.* 7. 37 Sententia contra jus minoris ita non præjudicat. *l.* 2. *supr. h. t. l.* 6. *supr. tit. prox.* 38 Ambitiosis excusatio non excusat. adde *l.* 4. *ff. de decr. ab ordine.*

39 §. 2. *Inst. de excusf. l.* 3. §. 10. *ff. de susceptis.* 40 Tutela excusatur, qui Reipubl. causa abest. 41 Abiens reipub. causa periculo medii temporis non obstringitur, si is excusavit. vid. quæ dixi ad *l.* 10. *supr. qui dare tutor.*

2. Idem A. Reginio.

CErtum est eos, qui Reipub. [causa] abesse desierunt, ab omni nova [1] tutela anno [2] vacare debere. PP. 5. Kal. Mart. GORDIANO A. II. & POMPEIANO CONSS. 242.

TIT. LXV.

DE EXCUSATIONIBUS VETERANORUM [3].

1. Imp. ANTONINUS A. Saturnino.

QUi causaria [4] missione sacramento [5] post viginti [6] [annorum] stipendia solvuntur, & integram famam retinent, ad publica privilegia [7] veteranis concessa pertinent. PP. 7. Idib. August. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

2. Imp. GORDIANUS A. Celeri Veterano.

QUod placuit veteranos [tantummodo] convéterani [8] filiorum seu militum, & quidem unam [9] tutelam seu curam eodem tempore administrare compelli: eo [10] pertinet, ut [11] si aliis dati fuerint, intra solennia tempora causas excusationis ad competentem judicem deferant. PP. 3. Kal. Jul. GORDIANO A. & AVIOLA CONSS. 240.

TIT. LXVI.

QUI NUMERO [12] LIBERORUM SE EXCUSANT.

1. Imp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Herodiano.

QUi ad tutelam vel curam vocantur, Romæ quidem trium [13] liberorum incolumium numero, de quorum etiam statu non ambigitur: in Italia vero quatuor, in provinciis autem, quinque, habent excusationem. PP. Non. April. GETA & PLAUTIANO CONSS. 204.

2. Imp. ANTONINUS A. Marcello.

NEque filia amissa [14] numero prodest ad declinanda municipalia munera, neque nepotes numerantur, quorum pater supereft: cum suo nomine patri profint. Dat. Id. Jun. ANTONINO A. IV. & BALBINO CONSS. 214.

TIT. LXVII.

QUI MORBO [15] SE EXCUSANT.

1. Imp. PHILIPPUS A. & PHILIPPUS C. Sabino.

LUminibus captus [16], aut surdus [17], aut mutus, aut furiosus [18], aut perpetua [19] valetudine tentus, tutelæ seu curæ excusationem habet. PP. 13. Kal. April. PRÆSENTE & ALBINO CONSS. 247.

TIT. LXVIII.

QUI ÆTATE [20] SE EXCUSANT.

1. Impp. SEVERUS & ANTONINUS AA. Severo.

PAter tuus si major est annis septuaginta [21], ad tutelam seu curam evocatus: excusare se solemniter potest. PP. 5. Id. Septemb. CHILONE & LIBONE CONSS. 205.

TIT. LXIX.

QUI NUMERO [22] TUTELARUM.

1. Imp. SEVER. & ANTON. AA. Pompejano.

SI tres [23] tutelas vel curas eodem tempore non defunctorie [24] susceptas administras: onere [25] quartæ tutelæ, seu curationis pupillorum, seu adolescentium non gravaberis. † Finito [26] autem officio pubertate pupillorum, vel ætate adolescentium, aliæ substitui possunt: licet nondum ratio tutelæ seu curæ administratæ reddita sit. Sed imperfectæ [27] diversæ species vacationis, licet permixtæ ad excusationem non proficiunt. † Scire igitur debes eum qui duos filios habet, & duas tutelas administrat, excusationem non merері. PP. 4. Id. Octob. ANTONINO A. II. & GETA II. CONSS. 206.

TIT. LXX.

DE CURATORE FURIOSI [28] VEL PRODIGI [29].

De ætate prodigi vel furiosi.

1. Imp. ANTONINUS A. Marinianæ.

CUratores impleta [30] legitima ætate prodigis [31] vel furiosis [32] solent tribui. PP. 4. Kalend. August. MESSALA & SABINO CONSS. 215.

De rebus sine decreto non alienandis.

2. Imp. GORDIANUS A. Avitio.

ORationis [33] divi Severi beneficium, quo possessiones rusticas sine decreto præsidis pupillorum seu adolescentium distrahi [34] vel obligari prohibitum est, non injuria etiam ad agnatum [34] furiosi [35] porrigitur [36]. Si igitur citra decretum Præsidis fundus mente capti etiam ab agnato ejus tibi pignori nexus est, vinculum pignoris in eo non consistit: utilem tamen adversus eum personalem actionem, si ob ejus utilitatem [37] pecunia mutua accepta est, poteris habere. PP. Kal. Januar. PIO & PONTIANO CONSS. 239.

De patre mente capto.

3. Idem A. Aureliæ.

SI pater [38] tuus mentis compos non est, pete ei curatores, per quos, si quid gestum est, quod revocari oporteat, causa cognita in pristinum statum restitui possit. PP. 7. Id. April. GORDIANO & AVIOLA CONSS. 240.

De matre furiosa.

4. Impp. DIOCLET. & MAXIM. AA. Asclepiodoto.

CUm repudiante furiosa [39] sui juris constituta maritum, qui solus repudiare potuit, quædam matrem furiosæ, marito quondam ejus instrumenta confecisse significes: intelligis nihil [40] eam contra furiosam disponere [potuisse,] cum ejus ad eam [41] jure non pertinuerit defensio. S. Id. April. *Byzantii*, AA. CONSS.

De fratre furiosi, vel furiosæ.

5. Imp. ANASTASIUS A. ad Populum.

NE lucrum quidem antea indebitæ successionis emancipato [42], vel emancipatis deputasse, nihil vero de oneribus tutelæ prospexisse videamur: curatores nihilominus eos [43] pro duodecim tabularum lege furiosis fratribus & sororibus utpote legitimos existere, hac legis sanctione decernimus.

De dilucidis intervallis.

6. Imp. JUSTINIAN. A. Juliano P. P.

CUm [44] aliis quidem hominibus continuum [45] furoris infortunium accidat, alios autem morbus non sine laxamento aggrediatur, sed in quibusdam temporibus quædam eis intermissio perveniat, & in hoc ipso multa sit differentia, ut quibusdam breves inducíæ, aliis majores ab hujusmodi vitio inducantur: antiquitas disputabat, utrumne in mediis furoris intervallis permaneret eis curatoris interceßio, an cum furore quiescente finita, iterum morbo adveniente redintegraretur? Nos itaque ejus ambiguitatem decidentes [46], sancimus (cum incertum est in hujusmodi furiosis hominibus, quando resipuerint, sive ex longo, sive ex propinquo spatio, & impossibile est, & in confinio furoris & finitatis eum fæpius constitui, & post longum tempus sub eadem esse varietate, ut in quibusdam videatur etiam pene furor esse remotus) curatoris creationem non [47] esse finiendam, sed manere quidem eam donec talis furiosus vivit: quia non [48] est pene tempus in quo hujusmodi morbus desperatur [49]: sed per intervalla quæ perfectissima sunt, nihil curatorem agere, sed [50] ipsum posse [51] furiosum, dum sapit & hereditatem adire, & omnia alia facere quæ sanis hominibus competunt. Sin autem furor stimulis suis iterum eum accenderit: curatorem in contractu suo conjungi, ut nomen quidem curatoris in omne tempus habeat, effectum autem, quotiens morbus redierit:

1 Absentes reipub. causa reversi, a nova tutela suscipienda, habent anni vacationem. *l.* 10. *ff. de excusf. tut.* 2 *d. l.* 10.

3 *l.* 4. *supr. qui dare tutor.* Veterani qui sint, vide *l.* 8. §. 6. *ff. de excusf.* vid. *tit. J. de veteranis. l.* 9. *J. quando provoc. non est necesf.* 4 De sacramento militari dixi ad *l. a. ff. de veterinis. l.* 2. §. 2. *ff. de his, qui notant.* 5 Inilum tempus militiæ, viginti annorum licit, præstat munerum excusationem. *d. l.* 9. *l.* 8. §. 2. *ff. de excusf. l.* 3. *inf. de his, qui non suppl. l.* 1. *J. de professoris.* vid. quæ scripti ad *l.* 2. *J. de re militari.* 7 Vide titulum *ff. de veteranis, seu de privilegiis veteranorum* 8 Nota genus privilegii veteranis dati. 9 Nota aliud genus privilegii veteranis dati.

10 Invitum non cogendum ex statuto, ita intelligimus, ut non cogendus sit, quoties utitur suis defensionibus: aliàs cogi potest. 11 Probare privilegium suum debet qui eo utitur, atque ita præsumi non solet privilegium nisi probetur.

12 *l.* 2. §. 2. *ff. de excusf. Instit. de excusf. tut. in pr.* adde quæ notavi ad *l.* 7. §. 3. *ff. de bon. damn.* 13 *d.* §. 2. *d. pr. Instit. d. l.* adde *l.* 3. *J. de his, qui num. lib. vel paup.* 14 Vid. *l.* 2. §. 4. *ff. de excusf. tut. versf. filii autem superstites.*

15 §. 7. *Instit. de excusat.* 16 Dixi ad *l.* 3. *supr. qui dare tutores. l.* 9. *supr. h.* 40. *ff. de excusat. l.* 16. *ff. de auct. præst.* 17 De surdo, adde *l.* 7. §. 1. *ff. de decurion.* 18 *l.* 10. §. *ult. versf. si quis autem in infantem. l.* 12 *versic. furor. ff. de excusf.* 19 *l.* 10. *l.* 11. & 12. *l. pen.* §. *ult. ff. de excusf.* §. 7. *Instit. de excusf. tut.*

20 §. 13. *Instit. de excusf. l.* 2. *ff. h. t. l.* 74. §. 1. *in fin. ff. ad SC. Treb.* 21 Anni septuaginta excusant a muneribus civilibus. *d.* §. 13. *d. l.* 2. *d.* §. 1. *l.* 10. *infr. de decurionibus. l.* 3. *infr. qui ætate vel professi. l.* 3. §. 6. §. 12. *ff. de remuneris. l.* 3. *ff. de jure immunitat. l.* 1. §. 11. *ff. de excusf.*

22 §. 6. *Inst. & l.* 2. *in fin. l.* 15. §. 16. *ff. de excusat.* 23 *d.* §. 5. *d. l.* 2. 24 Defunctorie est imaginaurie, similare, affectate, in fraudem juris. 25 Rede excusationis species imperfecte nihil proficiunt. vide *l.* 15. §. 11. *ff. de excusf. tut. l.* 1. *in fin. ff. de vac. mun.* unde notant, imperfecta plura diversi generis & formæ, unum perfectum non confficere. adde *l. ubi fideiussor.* 23. *D. de solution.* fecus si ad eundem finem tendant & colliment. Tunc enim juncta & multa juvant, quæ singula & disjuncta non juvant. *l. instrumenta.* 5. *supr. de probation.* Quid testes singulares duo plurese, fidemne faciunt? non faciunt, nisi in genere sint contextes. vid. *l. ab carnen.* 21. *in fin. D. de teßib.* veteri fi teßis unus diceret se audivisse Titium dicentem, fe in Deum non credere: alius eundem Titium dixisse, se non credere Ecclesiam Catholicam.

28 Dixi ad *l.* 27. *D.* 10. §. 3. *Instit. de curatoribus.* Ulpian. 12. §. 2. *ff.* 3. *l.* 8. *in fin. D. de tutorib. Gallis.* 29 Prodigus qui censeatur, vid. *l.* 1. *D. h. t.* Ulp. 2. §. 2. §. 3. Cajum 1. *Instit. ult.* 30 Id est, etiam post impletam legitimam ætatem licet majores. §. 3. *Instit. h. t.* 31 *l.* 1. *ff. h. t.* de furoris speciebus dicam ad *l.* 6. *infr. h. t.*

32 Cui comparant mutum & surdum, quem intellectu carere ob fingeriora vitia contigerit: alias muto vel surdo curator non datur. *l.* 8. *in fin. ff. de tut. dat.* vid. Wurmf. 1. *præt.* 38. *obf.* 10. 5. 33 *l.* 1. *ff. de rob. ser. qui sub tut.* vid. *l.* 22. *supr. de administr. tut.* 34 Adgnatos. *Hal.* & generaliter ad omnes administratores limilium personarum, *ut hic.* ad hospitalarios, & similes. Cuthrenius *in l. orphanotrophos.* 32. *supr. de episcopis.* 35 Res furiosi alienari ab eius adgnato tutore non possunt, licutnec res pupilli. 36 Argumentum a minore ad furiosum & prodigum observa, & jura in minoribus constituta ad furiosos & prodigos extendi. *l.* 8. §. 1. *l.* 11. *in fin. ff. de rebus eorum.* vide Oddum *tract. de restitut. parte* 1. *quæst.* 1. *art.* 4. adde Everardum *Topica loca a minoribus ad furiosos &c.* 73.

37 Vid. *l.* 3. *supr. quando ex facto tutoris.* 38 Filius potest petere curatorem patri furioso dari: quin ipse furioso patri dari curator potest. dixi ad *l.* 1. *in fin. l.* 2. *in fin. l.* 4. *ff. h. t.* adde *Novell.* 115. *cap.* 3. 6. 12. 39 Seneca 3. Contr. *Nullum patri curatorem dari, quod iniquus pater fit & impius: sed quia furiosus.* 40 Qui tutor non est, res pupilli distrahere non potest. *l.* 8. *ff. de rebus eor.* 41 Matrem fcil. Mater jus administrationis bonorum liberis competentium non habet. *l.* 88. *in fin. ff. de solution.* 42 *l.* 4. *supr. de legit. tut.* 43 Fratres emancipati vocantur ad successionem fratrum furiosorum: & ad tutelam, si minores illi sint, *d. l.* 4. five majores, furiosi tamen & prodigi. 44 Curator furioli habentis dilucida fua intervalla, eo etiam tempore curator esse intelligitur, quo is de quo agitur, dilucida sua fuma intervalla habet, hoc eft, quo non eft in furore. Quid? ut fit tutor eo tempore, potestne eodem tempore administrare? non potest. Puerit igitur in hac specie cura ipsa continua; administratio discontinua. Intereft autem hoc casu fcire, cura ceffet neone: nam si furore ceffante, cura finitur finiteur: furore redeunte, novo curatore opus eftet, aut certe prior ille curator novæ excufationi ut poffet: poffet & novum inventorium fieri, incerto admodum eventu: & fic eum fummo furioli discrimine extinguereture & reftituereture cura. 45 Furor alius eft perpetuus, *ut hic. l.* 7. *in pr.* §. 2. *infr. h. t. l.* 14. *ff. de off. præfid. l.* 12. §. 2. *ff. de judiciis. l.* 22. §. 2. *ff. folutn.* alter habet intervalla. *d.* §. 7. dilucida intervalla. *l.* 9. *verf. Si vero. infr. qui tefl. fac. fit* intermissionem. *l.* 20. §. 4. *ff. qui teft amenta.* A demente feparantur furiofi. *l. fi. ff. h. t. l. ult.* §. 1. *fupr. de adm. tut. l.* 27. §. 1. *ff. de recept. qui arbitr. l.* 2. *ff. de inoff. t.* §. 5. 1. *ff. de tut. dat.* vide quæ de furioso dixi ad *l.* 13. §. 1. *ff. de offic. præfid.* 46 Hxc lex cum *l. fanciones. infr. qui teft am. fac. poff.* faciunt 20. ex novis Juftinian. decifionem. vid. Inglois. *conf.* 47 Dilucido furioli pupilli intervallo curatoris administratio fuspenditur. 48 Morbus ex antiqua cauta renascens fanatus esse non intelligitur. facit *l. Martius.* 59. *ff. de at.* 49 Præsumitur semper furiosus qui semel furiosus fuit. vid. Alciat. 2. *præsumpt.* 18. 50 Curatorem hic habet, & tamen omnia perinde agit, ac si non haberet: hoc ideo, quod curatorem (ut est hæc præsertim) habitu tantum habeat, non actu. 51 Tempore dilucidi intervalli, furiosus sanis comparatur: fic interdicti & banni fuspenti tempore, qui in eo ftatu funt, ea omnia gerere poffunt, quæ qui non interdicti.